

De transitu Gallorum in Italiam_1

Haec de Gallorum adventu in Italiam didicimus: cum Romae Tarquinius Priscus regnaret, inperium in Gallia fuit apud Bituriges, qui sunt tertia pars omnium Celtarum. Bituriges eo tempore regem eligebant Celtis. Rex erat Ambigatus, insignis fortunā et privatā et publicā. Eo rege nam Gallia tantas messes et tot homines ferebat ut fere onus eorum regeret. Rex tum magnam turbam hominum, qui terris Gallicis graviores erant, dedit Segoveso et Belloveso, nepotibus suis, ut eam ducerent extra fines ad novas terras. Hortatus est ut auguria caperent, irent illuc, quo dei monstravissent, secum ducentes plurimos homines, ut possent alienis terris facile potiri. Segoveso dii dederunt montes in Germania sitos, ubi est silva Hercynia, Belloveso autem dii dederunt ad Italiam viam, quo contendit ducens multa milia peditum et equitum, quos e multis civitatibus colligerat. Pervenerunt ad fines Tricastinorum, ubi videre potuerunt Alpes. Hos montes nemo transierat ante Gallos (nam tam alti sunt ut non posse superari videantur), quamquam in fabulis Hercules dicitur per Alpes in Italiam pervenisse. Ipsi per Taurinorum fines transierunt. Deinde apud Ticinum flumen Tuscos fuderunt ibique urbem condiderunt, cui nomen Mediolanum est.

(Ivana Milani)

De transitu Gallorum in Italiam_2

De transitu in Italiam Gallorum haec accepimus: Tarquinio Prisco Romae regnante, Celtarum (quae pars Galliae est tertia) penes Bituriges

summa imperii fuit; ii regem Celtico populo dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunaque cum sua, tum publica praepollens, quod in imperio eius Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit ut abundans multitudo vix regi posse videretur. Hic exonerare praegravante turba regnum cupiens, Bellovesum et Segovesum, sororis filios, impigros iuvenes, misurum se esse in quas di dedissent auguriis sedes ostendit; quantum ipsi vellent numerum hominum excirent ne qua gens arcere (Gallos) advenientes posset. Tum Segoveso sortibus dati (sunt) Hercynei saltus ; Belloveso in Italiam viam di dabant. Is Bituriges, Arvernos, Senones, Aeduos et alios excivit. Profectus ingentibus peditum equitumque copiis, in Tricastinos venit. Alpes inde oppositae erant; quae inexcuperabiles dicebantur. Haud equidem miror nulla via (nisi de Hercule fabulis credere libet) has superatas esse. Ipsi per Taurinos Alpes trascenderunt; fuisque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, ibi, condidere urbem; Mediolanum appellavere.

(Tito Livio)